Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

frumentum in spica. et cum ex se
produxerit fructus statim mittet
falcem quoniam adest messis. Et di
cebat. Cui assimilabimus regnum
dei. aut cui parabolae comparabimus illud.
Sicut granum sinapis quod cum se
minatum fuerit in terra minus
est omnibus seminibus quae sunt
in terra. Et cum seminatum fuerit
ascendit. et fit maius omnibus oleri
bus. et facit ramos magnos. ita ut
possint sub umbra eius aves celi
habitare. Et talibus multis parabolis
loquebatur eis verbum prout po
terant audire. sine parabola autem
non loquebatur eis. Seorsum autem
discipulis suis disserebat omnia.
Et ait illis. in die illa cum sero ef
factum transeamus contra. Et di
mittentes turbam assumunt eum
ita ut erat in navi. et alia naves
erant cum eo. Et facta est procella
magna venti. et fluctus mittebat
in navim. ita ut impleretur navis
et erat ipse in puppi super ceruical dormi
ens. et excitant eum. et dicunt ei. Ma
gister non ad te pertinet quia perimur.
Et exsurgens comminatus est ven
to. et dixit mari. Tace obmutesce.
et cessavit ventus. et facta est tra
quillitas magna. et ait illis. Quid
timidi estis. Nec dum habetis fidem
Et timuerunt timore magno. et
dicebant ad alterutrum. Quis
putas iste est. quia venti et mare
Et venerunt trans fretum et
transierunt
in regionem Gera
senorum. et exeunti ei de navi sta
tim occurrit de monumentis homo
in spiritu immundo qui domicili
um habebat in monumentis. et nec
chatenus iam quisquam eum poterat
ligare. quoniam saepe compedibus
et cathenis vinctus dirumpebat
cathenas. et compedes comminuit
et nemo poterat eum domare. et
semper nocte ac die in monumentis
et in montibus erat clamans. et
concidens se lapidibus. Videns autem
Iesum a longe cucurrit. et adorauit
eum. et clamans voce magna dixit.
Quid mihi et tibi Iesu nazare
ne fili dei altissimi. Adiuro te per
deum ne me torqueas. Dicebat
enim illi. Exi spiritus immunde ab
homine. Et interrogabat eum. Quid
tibi nomen est. Et dicit ei. Legio
mihi nomen est. quia multi sum.
et deprecabatur eum multum ne
eum expelleret extra regionem
Erat autem ibi circa montem grex
porcorum magnus in agris pas
cens. Et deprecabantur eum spi
ritus dicentes. Mitte nos in porcos
ut in eos introeamus. Et concessit
eis statim Iesus. Et exeuntes spi
ritus immundi introierunt in por
cos. Et magno impetu grex prae
cipitatus est in mare ad duo mil
et suffocati sunt in mari. Qui autem
pascebant eos fugerunt. et nuntia
uerunt in ciuitatem et in agros
Et egressi sunt videre quid esset
factum. Et venerunt ad Iesum. et
vident eum qui ade monio vexa